

## Alte Drucke

# CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

SABBATO HEBDOMADAE PRIMAE, EPISTOLA, 1. Thessalon. 5.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

## SABBATO

refragemurque vnquam. Sed multò magis monemur, ne sub prætextu religionis pietatis, tyrannidem exercamus.

## EPILOGVS.

Historia hæc Evangelica ostendit Christum Iesum Seruatorum nostrum Hierosolymis miserum quendam, qui triginta & octo annis egrotans decubuit, suæ clementiæ nutu curasse. Deinde etiam Iudeos misericordiæ hoc diuinæ opus reprehendentes, confutasse atque inuidiæ reuicisse, atque per hoc nefarios sabbati eos esse violatores, se vero illius fuisse obseruantissimum: ut qui in eo præstantissimum opus misericordiæ exercuerit, quo sabbatum ritè celebratur sanctificaturque. Cetera misericordiam, elemosinam, & fugam vitiorum seruari, parum prædicatur apud Isaiam, Amos, & Zachariam.

Sanctificare  
sabbatum  
quid.

## SABBATÓ HEBDOMADAE

PRIMÆ, EPÍSTOLA,

1. Thessalon. 5.

Rogamus autem vos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter vos, & præsumunt vobis in Domino, &c. Finis Epistolæ: Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.



N præsentì lectione Apostolus Fratres bis compellat. Primò, omnes in genere, tam laicos quam clericum. Deinde clericum, hoc est, animarum curatores, & mysteriorum Dei dispensatores. Illos obsecrat ut fratres, hos peculiariter flagitat. Fratres tam hos vocat, quam illos. Est enim vniuersitas fidelium, fraternitas vera, teste B. Hieronymo super Isa. cap. 19. vbi describit quinque Ecclesiæ ordines Episcopos, Presbyteros, Diaconos, fideles, & catechumenos. Plebem precatur, ut clericum in pretio habeat ipsi deferendo. Clerum exhortatur obnixius, ut tanto honore se dignos exhibeant: Dignos verò tum se exhibent, cum vocationi suæ respondere conantur. Facit autem Apostolus peculiariter per hanc Epistolam tria.

Ecclesiæ ordines quinque.

x Primò

I Primò, Rogat laicos, vt honoris Episcoporum rationem habeant, ac vult vt nouerint quibus deferant, & sci-  
ant quare ipsis deferendum. *Noueritis*, ait, *eos qui laborant inter vos, & præstant vobis in Domino, & mouent vos.* Laborantibus, præstantibus siue præsentibus, & in spiritu lenitatis alios adhortantibus deferendum est. Dupli-  
citer honore digni sunt, ait ad Timoth. 1. cap. 5. qui bene præfunt iu verbo & doctrina. Angeli enim sunt Domini exercituum, Malach. 2. Mysteriorum Dei dispensatores sunt, 1. Corinth. 4. Non literæ, sed spiritus sunt administratores, 2. Corinth. 3. D. Chrysof. hic multis encomiis Sacerdotalem statum in cælum extollit, tribuit illi principatum, cui laicos subditos vult. Id verò facit  
authoritate Apostoli, 1. Cor. 16. Vbi vult fratres, familie Stephanæ & Fortunati, & Achaici (qui Ecclesie moderatores egere) esse subditos. Rationes has affert Chrysof. d. Orant pro te, administrant tibi charismata diuina, per sacramentum baptismi regenerant te, exhortantur, & erudiunt te, & media nocte vocati ad te veniunt. Et infra, Per Sacerdotes estis geniti in æternam generationem, per illos contigit vobis regnum: omnia quæ ad salutem vestram sunt commoda, per eorum manus efficit Spiritus sanctus, per illos vobis portæ regni cælorum referantur. Qui Christum diligit, Sacerdotem qualemcunque non habebit odio: per ipsum enim sacra cõsecutus est mysteria. Et lib. 6. dialog. dicit Sacerdotem alloqui Spiritum sanctum, sacrosanctam offerre hostiam, & omnium nostrum Dominum manibus attingere. Mox subdit, & qui poterit talis satis coli? Recordare quales manus, qualis lingua, per quæ hæc fiunt & dicuntur. Denique lib. 3. exclamando ait, O miraculum, ô Dei erga nos charitatem, qui supra sedet dexter Deo hic in sacrificio manibus Sacerdotis tenetur. Alludit huc B. Ambros. in hæc verba: Honorificentia Sacerdotis, non de timore magis sit, sed de amore, &c. Apostolus hic tria exprimit quæ fideles ipsis teneantur: Honorem, scilicet, propter laborem verbi: charitatem, propter moderamen, quia sunt patres: & pacem, propter admonitionem, vt eorum verba & aliquando verbera æquo animo sufferant. Prius videt & dolet Sacerdotium

*Laici Episcopus & Prelatis deferant.*

*B. Chrysof. in lib. dialog. de Sacerdotio.*

*Encomium & dignitas officij Sacerdotis.*

*Fideles Sacerdotibus tria tenentur.*

Hoc tempore adeò esse contemptum. Vix credo tempore Arrij ordinem hunc tam admirandæ celsitudinis, tam fuisse vilem, atque hodie est. Sacerdotem hodie esse, planè est contumeliosum. Vnde & dictio Sacerdos aut Præbiter teutonico idiomate prolata, pro probrosissimo prorsus vocabulo habetur. Vnufquifque ex ordine nostro curet, ne lædatur à seipso.

*Episcopi of-  
ficium est  
monere in-  
quietos.*

2. Secundò, Depingit Apostolus Episcopis, Pastori-  
bus, & omnibus Ecclesiæ primatibus suum officium:  
Primum est, *Corripere inquietos*, vel iuxta veritatem Gra-  
cam monere inordinatos. Omnes Pseudocatholici sunt  
inordinati, quia disciplinam Ecclesiæ negligunt, & le-  
gem Dei præuaricantur, non tamen hæretici dicendi  
sunt. Potissimum verò inordinati & irrequieti sunt he-  
retici, qui disciplinas Ecclesiæ antiquare, & ipsam legem  
diuinam planè irritare conantur. Merito bonorum ope-  
rum irritato, legem Mosaicam nõ solum, sed & Christi  
præceptum nouum, charitatis nimirum, in nihilum re-  
digere studet. Vnde irrequieti ipsi & factiosi, omnia irre-  
querant, hoc est, seditionibus conturbant, sensum sa-  
cræ scripturæ communem & Catholicum obliterant,  
omnes ferè sopitas hæreses excitant, sacramenta omnia  
partim pro sua libidine perperam administrant & tra-  
dunt, partim prorsus negant, traditiones Apostolicas  
& disciplinas Ecclesiæ vna cum solennitatibus, & cere-  
moniis abolere nituntur omnes. Denique irrequieti  
sunt, quoniã omnes in suã sectam inducere & donis &  
blanditiis, cogere etiã minis non superferent. Hos duri-  
ter increpandos per Episcopos sancit hic Apostolus, vt  
tam ipsi, quàm alij ex correptione tali fiant cautiore.  
Hæc correptio acerba & seuera item significare potest  
excommunicationem, vitationem nimirum, de qua ait  
ad Tit. 3. Hæreticũ hominẽ post vnã & alterã correptionem  
deuita, sciẽs quia subuersus est. Idẽ est quod Matt.  
18. Dominus ait, Sit tibi tanquam Ethnicus, &c. Et. 2.

*Correptioni  
Pontificali  
adesse debet  
cæsuræ Cæsar  
reand.*

Thessal. 3. dicit iterũ Apost. Denũtiamus vobis fratres  
in nomine Domini Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab  
omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum  
traditionem, quam acceperunt à nobis. Atqui si nõ pro-  
derit nuthesia vel dura correptio Pontificalis, locum

habet exusia Cæsaria: de qua, Rom. 13. Exusiam eam B. Augustinus, quanquam inuitus, inuocauit contra Do- nauitas, fidelis Episcopus, & Pastor.

Secundum est, Consolari pusillanimes. Peritus me-  
dicus debet pro morbi qualitate temperare sua phar-  
maca. Pastoris industrij est pecus suum nosse, Prouerb.  
27. Sunt enim in Ecclesia duræ ceruicis & indomiti ple-  
rique, sunt rursus meticulosiores plus æquo: vnde nec  
vna admonitio vtrisque conuenit. Hinc sacra scriptura  
tam ad comem, quam ad duram hortatur increpationem,  
Rom. 14. & 15. Item 2. Timoth. 3. ait, Omnis scrip-  
tura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad ar-  
guendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia:  
vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonū instru-  
ctus. Bon⁹ ergo pastor infirmis & pusillanimibus pater  
esse debet consolationis, Act. 4. præfractis verò fulmē.  
2. Thessal. 3. Tit. 3. Act. 5. illis dicat, Bono animo estote,  
confortamini, nolite timere, &c. Isa. 35. his verò dicat,  
Maranatha, hoc est, Dominus venit, scilicet, est iudi-  
cium, 1. Corinth. 16. Math. 16.

*Episcopi est  
infirmis in  
fide suscipere.*

Tertium est, Suscipere infirmos, qui varij sunt in Ec-  
clesia. Sūt enim Neophyti, qui ferè infirmi sunt in fide,  
& in disciplinarum & religiōis obseruantia. Sunt etiam  
infirmi constitutione corporali, qui non possunt per im-  
becillitatem corporis, vigiliis, ieiunia, & alias discipli-  
nas præstare. Denique infirmi sunt plerique mente, siue  
conscientia: sunt autē supersticiosuli, quos vulgus vocat  
angustæ cōscientiæ homines. Cōtrarij sunt illis factiosi  
hæretici, quorū cōscientiæ vsque ad eō sunt amplæ, vt in  
illis ciuitatē decē milliū ciuiū edificare possis, quemad-  
modū quidā magnū Alexādrū depinxit. Iuxta ergo vniū  
cuiusque affectus pastores debēt infirmos portare & as-  
sumere, Ro. 14. Infirmis esse debēt infirmi, 1. Cor. 9. Sic  
sunt sufferēdi infirmi, quemadmodū alij aliorū onera  
leuāt, Gal. 6. Idem est quod Apost. vult, vbi ait, Supportā  
tes siue adiuuātes inuicē. Quartū est, Vt paciētes sint  
ad omnes lōganimes: vult Apostolus Prælatos erga om-  
nes esse alienos ab iracundia, Eph. 5. Psal. 4. Virtute hac  
pulcherrima vult vt se veros exhibeāt Dei ministros, 2.  
Cor. 6. quæ etiā fructus est Spiritus, Gal. 5. Virtutis huius

*Infirmi varij  
sunt in  
Ecclesia.*

*Coloss. 3.  
Patientia est  
longanimitas  
præcipue  
Prælati est  
necessaria.*

exemplum est Deus Pater ipse, Rom. 2. 2. Pet. 3. exemplum hoc potissimum eis imitandum, Matth. 5. Hoc verbo etiam ipsos adhortatur ad aduersa quoque omnia æquo animo sustinenda. de qua re vide exemplum B. Iob, Iac 5. Eulogiū Philosophicum, vtrāque virtutem complectitur. Sustine & patere. Vtraque Episcopis præcipuè commendatur. Nam si omnibus dicitur, In patientia vestra possidebitis animas vestras, multò magis hoc sibi dictum credant Episcopi, qui exemplar virtutum debent esse gregi, 1. Timoth. 3. & 4. Tit. 1.

*Malum pro  
malo nemi-  
ni faciendū*

3 Tertiò, In genere hortatur ad ea, quæ tam clero, quàm laicis sunt præstanda. *Videte, ait, ne quis malum pro malo alicui reddat.* Quo damnatur falsum hoc Ethnicum dictum, Par pari referro. Idem nobis præscribitur, Matth. 5. Luc. 6. Ad magistratum quidem pertinet, ab iniuria defendere imbecilles, & vlcisci eos qui iniuriam patiuntur, &c. Romanorum 13. 1. Pet. 2. Sed si priuatim causa vlciscendi sese, malum pro malo reddiderit, æquè atque priuatus peccat, imò longè magis quàm priuatus, testibus Chrysosto. & Theophylacto.

*Bono malū  
vincendum  
omnibus.*

Semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Suprà monuit ne quis alicui malum pro malo reddat, hic iubet omnibus facere bonum. Alterum prohibet, alterum iubet. Hoc enim modo æmulamur Patrem caelestem, Matth. 5. Luc. 6. Locus iræ non dandus, Rom. 12. Oportet enim nostram iustitiam esse maiorem, quàm fuit Patrum in veteri testamento, ne dicam Ethnicorum, Matth. 5.

*Lugēdi caus-  
sa fidelibus  
nō deest, nec  
abest conso-  
latio.*

Semper gaudete, Contristatos verbo hoc potissimum alloquitur. Lugendi causa maxima est fidelibus. Quis enim tam duri cordis esse possit homo, qui hodie non lugeat, videns tantam Ecclesiæ Catholicæ calamitatē? Quod Turca necdum deuastauit: hoc omni Turca perniciosius perdit hæresis Lutherana, Zuuingliana, Calvinistica, Anabaptistica, &c. Omnes hæ sectæ vna vehementia sanctam matricē impugnant Ecclesiā. Quis hæc considerans nō illachrymetur ex corde amaro? Accedit huic tāto malo cuiusque crux. Sed & est quod quisq; cōmiserit hoc debeat. Sic publica et priuata omnibus lugēdi imminet causa. Pios itaque fideles luctuosos monet vt

gaudeant, iuxta hoc quod Christus ait, Matt. 5. Beati qui lugent, quoniã consolabuntur. Seruator suis discipulis contristatis promisit gaudium nunquam ab ipsis auferendum, Iohan. 16. Apost. quoque, Philip. 4. gaudere itẽ iubet, d. Gaudete, iterum dico gaudete. Apud Matth. 5. cap. Christus gaudij huius reddit rationem, d. Quia merces vestra magna est in calis. Quorum, inquis, merces? Eorũ, qui hĩc lugent, qui hĩc iniuria afficiuntur. Apost. Iacobus etiam monet idẽ, d. cap. 1. Pro summo gaudio ducite fratres, quoties in tentationes varias incideris, &c. In Deo solidum hoc nostrum gaudiũ est situm. Ceterũ in mundo conturbemur oportet.

*Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, &c.*  
 Duo hĩc fidelibus præscribit Apost. Continuum orationem, & gratiarum actionem. Improbẽ orandum, semperque obsecrandum etiam præscribitur nobis, Luc. 18. Non ergo septem preces canonicæ, pro Papistis nugis sunt habendæ, sed planẽ pro Apostolicis. Septies in die laudem dixi tibi, ait Psal. Idem, Media nocte surgebam ad cõsistendum tibi, Psal. 118. Septies in die, & media nocte precari, est continuẽ precari. Canones enim fatentur continuum esse, etiam quod fit per interuallũ, modò fiat perseveranter. Ad continuum orationem vetus noster Adam, hoc est, vetustas, virgere nos debet. Septies quippe in die cadit iustus, quare & orationis suffragio vt resurgat, necesse habet. Facit ad hoc præcipuẽ oratio Dominica, in qua assiduẽ precamur, Dimitte nobis debita nostra. Modum, quo hanc Apostolicam admonitionem facilius præstemus, ostendit B. Augustinus, d. Si bene vituis, laudas: cum agis negotium, precaris: laudas, cum cibum capis: oras, cum in lecto requiescis: laudas, cum dormis: plus attendit Deus quid viuas, quam quid fones. Cõstat itaque posse pium hominem semper precari, imò non posse non semper precari. Qui Deum timeret, vocis preces, votis cordis addere nouit, neutrum negligit. D. Ambrosius ait, assiduam orationem iudicis animum ad indulgentiã mouere atque flectere. Huius loci habes parabolam, Luc. 11. Gratiarum actio potissimum fit in Missæ sacrificio sacrosancto, quod Græci Eucharistiam vocant. Quare admodum salutare est audire

*Canonicæ preces non vane.*

*Iustus semper orat.*

*Gratiarum actio in missa potissimum fit.*

Missam, quanquam aduersarij ob hoc pium opus Catholicos irrideant. Supra gratiarum actionem hanc publicam, debet pij domi & vbique in omnibus Deo gratias agere. In omnibus, ait Apostolus, etiam in iis quæ veteri Adamo sunt aduersa, exemplo s. Iob, qui ait, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

*Deus nõ so-  
lam fidem  
vult, sed etiã  
bona opera.*

*Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.* Postquam Apostolus præscripsisset fidelibus ea quæ ad salutem, atque per hoc etiam ad iustitiam consequendam faciunt, præscriptum tale confirmaturus atque vehementius commendaturus, parentheli præmissa vitur, dicens, voluntatem Dei esse, vt talia præstemus, à quo omnia bona nobis donantur, & sine quo nihil boni agere valemus, Iohan. 15.

*Spiritum in  
baptismate  
susceptũ na-  
mo suo vitio  
extinguat.*

*Spiritum nolite extinguere.* Hoc est, iuxta Ambros. Si aliquem ad horam Spiritus s. repleverit sua gratia, vt possit interpretari diuinas scripturas, & diuina mysteria loqui, nolite eũ prohibere, quin loquatur & doceat. Quia Deus qui os asinæ aperuit, quæ seni nõ aperit, reuelat sapie iuniori quod melius est. Vel secundũ Aug. Spiritũ s. nolite extinguere, qui quãuis cũ vni<sup>9</sup> substantiæ sit cũ patre & filio in sua natura, nõ potest extinguì, per vitium tamẽ nostrũ extinguimus illũ in nobis, dũ illũ à nobis excludimus peccãdo. Spiritus s. inquit Sap. disciplinæ effugiet fictũ. Dũ ergo tradim<sup>9</sup> corpus nostrũ libidini, et cõiugimus illud meretrici, quod tẽpore baptismi & man<sup>9</sup> impositionis factũ est templũ S. Spiritus, excludimus illũ à nobis & fugamus, & quantũ est in nobis, dicit Aug. extinctores sumus eius. Sed ne hoc agamus, ait Apost. Spiritum s. qui in vobis cœpit habitare tempore baptismatis, nolite fugare à vobis, neque extinguatis illũ in vobis peccando, & tradendo corpus vestrum diuersis turpitudinibus, quod templũ eius debet esse, 1. Cor. 6.

*DoctoresCa-  
tholici non  
spemendi.*

*Prophetas nolite spernere,* id est, Si aliquis valet explanare dicta Prophetarum, sicut Hieronymus, ceterique doctores ad ædificationem auditorũ, loqui & prædicare, nolite illũ despiceret, nolite contẽnere, sed humiliter attẽdite & amplectimini quæ docet, quemadmodũ pessimẽ aduersarij omnes Ecclesiæ patres contẽnunt, suos



interim impostores cælo æquantes, omnia illis subii-  
cientes, atque in numero sanctorum collocantes.

*Omnia autem probate:* hoc est, Omnia quæ probatione  
egent, per rationes discutite, separando, nempe, bo-  
num à malo, pretiosum à vili, virtutem à vitio, &c.  
Hinc Paulus, Galat. 6. Opus suum vnusquisque probet,  
& sic in semetipso tantum gloriam habebit, non in al-  
tero: & paulò inferius, Bonum autem facientes, non  
deficiamus: tempore enim suo metemus, &c. *Quod  
bonum est, tenete:* quasi dicat, Postquam omnia ita à vo-  
bis per rationes fuerunt discussa, separando, nempe,  
bonum à malo, &c. tunc quod bonum est, amplectimi-  
ni, vtendo rectæ rationis iudicio, scripturarumque au-  
thoritate, & testimonio. *Ab omni specie rei malæ abstinete vos,*  
id est, ab omni re mala, à praua cogitatione, peruer-  
sòque opere abstinete vos, sed in omni virtute, iusti-  
tia & veritate, perfecti stete, vt possitis adimplere le-  
gem Domini. Loquimini veritatem vnusquisque cum  
proximo suo, &c. Zachar. 8.

Ad extremum orat Apostolus pro Thessalonicen-  
sibus, vt adimplere possint ea, quæ scripta sunt in lege,  
& prædictas exhortationes, cum ait, *Ipse autem Deus pa-  
cis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima,  
& corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi ser-  
uetur.* Quasi dicat, Deus Opt. Max. solus cordium scruta-  
tor, & custos, per omnia, quorù vos admonui omnibus  
virtutibus mudet vos, ornet & perficiat, vt mens vestra  
ab omni labe, & delicto, sit immunis, incorrupta atque  
integra permaneat, similiter & anima & corpus imma-  
culata, & sine reprehensione permaneant vsque in diem  
iudicij, & non recedat à vobis gratia, quam accepistis à  
baptismate, Spiritus sancti. Qui quidem nos ab omni  
malo liberet, atque defendat. Amen.

## SABBATO HEBDOMADAE PRI-

MAE, EVANGELIUM, MATT. 17.

*Et post dies sex, assumpsit Iesus Petrum,* *Marc. 9.*  
*& Iacobum, & Iohannem fratrem eius:* *Luc. 9.*  
*& ducit illos in montem excelsum seorsum,*

G iij

*Et transfiguratus est ante eos, &c. Finis Euan-  
gelij: Nemini dixeritis visionem, donec filius  
hominis à mortuis resurgat.*

**Q**UIA Christus suis gustum regni caelestis  
ante mortem se exhibiturum fuerat polli-  
citus, vt dictis fidem faciat, atque aded fi-  
delibus omnibus certam spem futuræ im-  
mortalitatis suggereret, specimen quoddam latentis  
in se diuinitatis in ista transfiguratione voluit exhi-  
bere. Docet itaque Christus hoc Euangelio qua-  
tuor.

*Qui digni  
sunt in mō-  
tem Domini  
conscendere.*

1 Primò, Qui digni sint ex singulari ipsius misericor-  
dia, vt in montem Domini conscendant, vt non per  
speculum in anigmate, sed reuelata facie gloriam  
Domini contemplantur: scilicet Petrus, Iacobus &  
Ioannes: siquidem hi (vt relicto cortice literæ, ad sub-  
limiora mysteria adurgamus) eos nobis adum-  
brant, quos Propheta Regius Psalm. 14. habituros  
in monte sancto pollicetur, dum interrogationi Deo  
propositæ sibi ipsi respondet ex Spiritus sancti reuela-  
tione, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: id  
est, quis, superatis huius mundi illecebris, periculis,  
malis denique omnibus vitæ præsentis, dignus erit,  
qui à te deposita hac domo manu facta, admittatur  
in caelestem illam tuam gloriam, quam oculus non  
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit:  
Isaie 6. aut quis requiescet in monte sancto tuo? Cui  
quæstioni respondet eum ingressorum, 1 qui ingreditur  
sine macula, 2 qui operatur iustitiam, 3 qui loquitur  
veritatem in corde suo, 4 nec agit dolum in lingua  
sua, 5 non facit proximo suo malum, 6 qui iurat  
proximo suo, & non decipit, 7 qui pecuniam suam  
non dedit ad vsuram, & 8 qui munera super inno-  
centem non accipit. Pauca hæc capita qui pro condi-  
tione vitæ præsentis seruarit, is demum dignus,  
qui Christi gloriam cernat: quam suo sanguine nobis  
præparauit. Ipse enim abiit parare nobis locum,  
Ioan. 14. ac montem illum Thabor (quem Egeippus

ait esse altitudinis stadiorum 30 . ac mixtæ rotunditatis  
 vt non immeritò regno cælesti comparari queat ) cæle-  
 stem scilicet Hierusalem conscendat , sed cum Christo.  
 Siquidem aliis non contingit huius tanti mysterij sua-  
 nitatem aspicere,quàm quos Christus qui factus est no-  
 bis à Deo patre sapientia, iustitia, sanctificatio , redem-  
 ptio, via, veritas, & vita in montem duxit, id est, à terre-  
 nis hęc amore cælestium accendit.

*Altitudo  
 montis  
 Tabar.*

2 Secundò, Hęc transfiguratione se voluisse à cordi-  
 bus discipulorum auferre scandalum crucis, quod dis-  
 suadere Petrus conabatur, Matth. 16. & voluntariæ pas-  
 sionis contemptrum, cum viderent faciem , & vestimen-  
 ta eius splendere sicut Sol, & alba facta sicut nix: quibus  
 Ecclesiæ fidem & spem confirmaret, vt scilicet, ipsa quæ  
 est corpus eius, ad Ephes. 1. qua esset commutatione do-  
 nanda, intelligeret Siquidem in beata illa gloria, iusti si-  
 cut Sol, Matth. 13. Stellæ in perpetuas æternitates, Dan.  
 12. & Scintillæ in arundinetis, Sap. 3. fulgebunt: quum  
 Deus absterget ab oculis eorum omnem lachrymã, vt  
 Apoc. 21. Isa. 25. 2. Corinth. 5. Tum mors, luctus, clamor  
 & dolor amplius non erit, quia præcipitabit Dominus  
 mortem in sempiternum, auferet lachrymam ab omni  
 facie, & opprobrium populi de vniuersa terra. Voluit au-  
 tem Christus hanc gloriam non in alieno, sed proprio  
 corpore exhibere, vt hac imagine, eorum insaniam de-  
 strueret, qui putant omnia pecudû instar morte deleri,  
 aut nihil post hanc vitam hominis superesse. Atque etiã  
 eorum qui licet animæ resurrectionem concedant, ne-  
 gant tamen corporum futuram, quod humanis rationi-  
 bus inuestigare nequeant, quomodo corporea hęc mo-  
 les toties mutata, in pristinam sit reditura formam. quæ  
 errorem confutat Paul. 1. Corinth. 15. Iob 14. aliisque in  
 numeris scripturæ locis.

*Transfigura-  
 tio Domini  
 fidem et  
 spem Ecclē-  
 siæ confirma-  
 uit.*

*Causa trans-  
 figurationis  
 Domini in  
 proprio cor-  
 pore.*

3 Tertiò, Hoc admirando spectaculo, cui Mosen mor-  
 tuum, & Eliam etiam num superstitem adesse voluit, vt  
 se mortis ac vitæ Dominum demonstraret atque illum,  
 vt legis autorem, nonne Moses dedit vobis legem: tui adiunt  
 Ioha. 7. Lex per Mosen data est, Iohannis 1, cuius tamen  
 à Iudeis vt transgressor accusabatur, hunc, vt legis Ze-  
 latorum, quo testimonium à lege & prophetis habe-

*Moses et  
 Elias mor-  
 tuus adiunt  
 in transfigu-  
 ratione.*

ret, sese esse maiorem iis, quum vulgi iudicio tantum Prophetarum quispiam esse putaretur, Mat. 16. atque a deo suam doctrinam non esse nouitiam, sed ab iis olim multis ante seculis confirmatam, patet locus dicendi de veritate fidei Catholica, quam haecenus Ecclesia à Christo vsque defendit contra omnes aduersarias potestates, Tum etiam Patris æterni præsentia, & voce, qua de filio suo æterno Iesu Christo cõtestatur, non sub caliginosa, densa, vel fumigante nube, qua seueritas legis exprimebatur, Exod. 16. sed lucida, candida, & amõna, quia nouus hic Nomothetes non erat allaturus spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum Dei, non legem terrentem, sed spiritum viuificantem, Præcipit enim audiri filium suum prompta scilicet obediendi omnibus mandatis eius voluntate: quasi dicat, Ille meus filius, nõ adoptiuus, sed proprius: ille, per quẽ omnia facta sũt: ille, sine quo factũ est nihil, In hoc enim mihi cõplaceo: per illum mihi quotquot credent in nomine eius, fide per charitatem operante, mihi placebunt. Hunc audite: quia veritas est, & vita: ille virtus mea, & sapientia mea, Ipsum audite, qui sanguine suo mundum redimit, diabolũ ligat, vasa eius capit, qui peccati chyrographum, & præuarcationis eius pacta dirupit. Ipsum audite, qui viam aperit in cælum per gradus crucis. Quid trepidatis redimi, quid paucis faucij liberari: Leo Papa.

*Filius Dei  
audiendus.*

*Homo carnalis nõ intelligit que sunt spiritus Dei.*

4. Quartò, Hominem carnalem, cuius typum híc Petrus expressit, non posse intelligere ea quæ sunt spiritus Dei, nec altius assurgere, quàm humanæ rationis acumine assequi queat, 1. Corint. 2. Proinde attonitus tantæ gloriæ aspectu, & ignarus quid dicat, petit tria fieri, scilicet, Christo, Mosi, & Eliæ, tabernacula, quia filium Dei viui hunc fuerat confessus, quasi illius confessionis eternum memor illum cæteris proponit, vt legis auctorem hunc venerabatur: proinde dignum qui Christo adesset, & hunc nouerat Zelo legis impiis sese Regibus etiam cum capitis periculo opposuisse, ac dignum iudicabat qui Christo in gloria coniungeretur. Porro quum Petrus ab Euangelistis perstringatur, ignarus quid diceret: multos tamen videas hanc personam magna quadam animi trãquillitate ac conscientie securitate & ex-

primere, ac imitari, vel votis ac precibus, vel factis & gestibus stultis, scilicet, ac temerariis, non tantum saepe contra conscientiam, sed contra etiam voluntatem Dei, atque eius verbum.

DOMINICA SECUNDA  
QVADRAGESIMAE,  
EPISTOLA, I. AD  
Theſſalon. 4.

De cætero ergo fratres, rogamus vos, & obsecramus in Domino Iesu, &c. Finis Epistolæ: & nullius aliquid desideretis.



GIT Apostolus in hac Epistola tria.

Primo, Hortatur fideles, vt memores vocationis suæ sanctæ in qua vocati sunt à Deo secundum propositum gratiæ suæ dignè ambulent, vt Deo placeant. Quæ quum pro ratione officij sui imperare posset, rogare maluit, Philip. 1. ne cum austeritate imperare velle videretur, Ezech. 34. sed vt mâsuetudinis formâ superioribus daret, Gal. 6. Hortatur autem non ad solam fidem, sed vt opera Christiano homine digna perficiant, vt scilicet, Apostoli præcepta, & statuta superare contendant vitæ puritate, non contenti tantum parère præceptis, verum etiam ultra quàm præceperit agant. Sic enim fidei suæ energiam declarabunt, si quemadmodum terra solet sua semina cum fœnore reddere, ita contendant morum puritate, innocentia & sanctimonia succincti (vt loquitur Petrus, 1. cap. 1. lumbos mentis, & sobrij perfectè sperare in eam, quæ offertur, gratiam, & per bona opera certam suam vocationem efficere. Tunc enim verè Deo placebunt, dum non amplius configurati prioribus ignorantiaë desiderijs exuunt veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris, & induunt nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Hoc est, vt habet Paulus, Romanorum 13. dum de somno surgunt peccati, dum abiiciunt opera tenebrarum, dum induunt arma lucis, vt in die honestè ambulent, non in cubilibus, impudicijs, comestationibus, ebr-

Fideles suæ vocationis esse memores; debent.

Fideles opera Christiano homine digna perficere debent.